

## XL. S. ANASTASIUS.

ANNO CHRISTI 398.

ARCADII, ET HONORII 4.

**A** Anastasius, natione Romanus, ex patre Maximo, sedit annos duos, (1) dies viginti quatuor. Hic constituit, ut quotiescunque Evangelia Sancta recitantur, Sacerdotes (2) non sederent, sed curvi starent. (3) Hic fecit constitutum de Ecclesia. Hic fecit Basilicam, quæ dicitur Crescentiana (4) in regione secunda in via Mamertina in urbe Roma. Et hoc constituit nulla ratione transmarinum hominem in Clericatus honorem suscipi, nisi quinque (5) Episcoporum designaret chirographum (6) propter Manichæos. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembris, Presbyteros novem, (7) Diaconos quinque, Episcopos per diversa loca 11. (8) Qui verò sepultus est cœmeterio suo ad Ursinum pileatum (9) 5. Calendas Maji, & cessavit Episcopatus dies 21.

## XLI. S. INNOCENTIUS.

ANNO CHRISTI 402.

ARCADII, ET HONORII 8

**I**nnocentio, natione Albanensis ex patre Innocentio, sedit annos quindecim, menses duos, dies viginti. (1) Hic constitutum fecit de omni Ecclesia, & de regulis Monasteriorum, & de Judæis, & de Paganis, & multos Cataphrygas (2) in urbe invenit, quos exilio, & monasteriis relegavit: Et hic invenit Pelagium, & Cœlestium (3) hæreticos, & damnavit eos. Et hoc constituit, ut qui natus fuerit de Christiana, (4) denuo per baptismum renasci debeat, hoc est baptizari, quod Pelagius damnabat. Eodem tempore dedicavit Basilicam SS. Ger-

## ANASTASIUS.

- (1) A. B., & C. annos III. dies X.  
 (2) A. ut Sacerdotes non se erecti, sed curvi starent.  
 (3) C. *verba*. Hic fecit constitutum de Ecclesia, non legit.  
 (4) A. Crescentiana.  
 (5) B. nisi sui Episcopi designaretur Chirographum, quia eodem tempore Manichæi inventi sunt in urbe Roma. C. nisi quinque Episcopi designaret Chirographa. Hic fecit ordinationes &c.  
 (6) A. quia & eodem tempore Manichæi inventi sunt in urbe Roma. Hic fecit Ordinationem in urbe Roma per mensem &c.  
 (7) B. Presbyteros XXIX.  
 (8) C. V.  
 (9) A. pilatum. B. pilatum.

## INNOCENTIUS.

- (1) A. dies XXV. B. dies XXI. C. XXXI.  
 (2) A. & multos cataphrygas invenit, quos exilio Monasterii relegavit. B. multos cataphrygos invenit, quos Monasterio relegavit. C. multos cataphrygas invenit, quos in exilio in Monasteriis relegavit. D. multos cataphrygas.  
 (3) B. C., & D. Cœlestinum.  
 (4) C. qui natus fuerit de Christiano, denuo nascatur per Baptismum.  
 (5) B. ex devotione cujusdam femine.  
 (6) A. Ursino, & Leop. B. Ursicino. C. Ursiano, & Leopardos.  
 (7) B. Liviano, & C. Librano.  
 (8) B. quæ femina Sancta. C. quæ femina Religiosa.  
 (9) A., & D. usque ad perfectum Basilica. B. uf-

Tom. III.

**A** vasi, & Protasi ex devotione (5) testamenti cujusdam illustris femine Vestinæ laborantibus Presbyteris Cuscino, (6) & Leopardo, & Diacono Libyano. (7) Quæ femina superscripta (8) testamenti paginam sic ordinavit, ut Basilicam Sanctorum Martyrum ex ornamentis, & margaritis, venditis iustis æstimationibus construeretur, & constructa est usque ad perfectum. (9) In quo loco Beatissimus Innocentius ex delegatione illustris femine Vestinæ titulum Romanum constituit, (10) & in eodem Dominico loco (11) obtulit patenas argenteas duas pensantes singulæ libras viginti. Coronas argenteas duodecim pensantes singulæ libras quindecim. Amas argenteas duas, (12) pensantes singulæ libras viginti. Phorum cantharum (13) argenteum unum, pensans libras 22. Cerostrata argentea quatuor pensans singula libras triginta quinque. (14) Turrem argenteam cum patena, & columba deaurata pensantem libras triginta. Ad ornatum baptismi, Cervum argenteum fundentem aquam, pensantem libras viginti quinque. Vas ad oleum Chriftatis argenteum, pensans libras quinque. Vas aliud ad oleum Exorcizatum, pensans libras quinque. Patenas duas ad Chrifta, pensantes singulæ libras quatuor. (15) Scyphum argenteum (16) alaglyphatum, pensantem libras decem. Scyphum alium argenteum, pensantem libras decem. Calices argenteos quinque, pensantes singuli libras tres. Calices argenteos Baptismi numero tres, pensantes singuli libras duas; (17) & alia dona multa largitus est. Aquamaniles argenteas, pensantes singulæ libras 16. Phareanthera ærea sexdecim, pensantia singula lib. 10. Item Phareanthera ærea cerostrata in gremio Basilicæ numero viginti, pensantes singulæ libras quadraginta.

Domos juxta Basilicam Libyanam, (18) præstantem solidos 32. Domum in clivo salutis balnearium, præstantem solidos 88; (19) & trimisium. Possessionem Corras in territorio Clusino, præstantem solidos septuaginta unum, & trimisium. Possessionem Corvianam in territorio

- D** que ad perfectum Basilicæ: C. usque ad perfectum consummaretur.  
 (10) B. constituit, & præcepit Sabatho jejunium celebrari, quia Sabatho Dominus in Sepulchro positus est, & discipuli ejus jejunaverunt &c. *religiosa de domis non leguntur.*  
 (11) C. & eodem loco hæc dona obtulit.  
 (12) *verbum* duas in C. non leg.  
 (13) A., & C. Farum cantharum I.  
 (14) libras XXV. in A., & D.  
 (15) A., & C. lib. III.  
 (16) C. scyphos argenteos anaglyphum II. pens. sing. lib. X. calices argenteos baptismi IV. pens. sing. lib. II. Aquamaniles II. pens. sing. lib. XV. Fara canthara ærea Cerostrata in gremio Basilicæ XX. &c.  
 (17) A. libras II. Aquamanilis argentea pens. lib. XVI.  
 (18) A. domos juxta Basilicam Libyanam præst. sol. LXXXV., & trimis. Balneum in eodem loco juxta templum Mamurii præst. sol. XXXII. domus inclivium salutis valcata præst. solid. LXXXVII., & trimis. Possessio Sorras territorii Clusino præst. sol. LXXI. Possessio Fundanensis &c.  
 C. domus juxta Basilicam Blianam præstantem sol. XXXV., & trimis. Balneum eodem loco juxta templum Mamurii præst. sol. XXXII. Domus in clivo salutis Balneatæ præst. solid. LXXXVII., & trimis. Possessio Sorras in territorio Clusino præst. solid. LXXXIX. Possessio Fundanensis in territ. Fundano cum adjacentibus ad triginta XV. præst. sol. CLXXXI., & trimis.  
 (19) D. sol. LXXXIX., & trimis.